

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

III. An sit in Eclesia potestas ferendi censuras.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

Disputatio I.

Punct. III.

3

rum, declaratus illum excommunicatum, ut colligitur ex capitulo de iniuria in 6. cap. 2. de hereticis in 6. Et cap. præterea 12. de appellacionib. Et tradunt ex communis sententia Suar. Aula Coninch. Layman locis alleg.

Ex his inferitur nullam in ferenda censura formam esse determinatam, sed illam necessariam, & sufficientem esse, que voluntatem imponens exprimat circa censuram determinatam, & speciam. Nam cum censura in genere nullus ligari possit, oportet imponens censuram, illius speciem determinare, ut bene adiuvet Suar. *disp. 3. sect. 2. a n. 3. & seq. Coninch. disp. 13. dub. 2. num. 2. 3.*

P V N C T V M III.

An sit in Ecclesia potestas ferendi censuras.

1. *Hæretici hanc potestas em negarent.*
2. *Catholica veritas docet Christum Dominum hanc sua Ecclesiæ reliquissimam potestatem.*
3. *Hanc Christus potestatem reliquit, cum dixit Ioann. 20. Si cum misericordia me vivens Pater es.*
4. *Modus imponendi censuras non immediata est a Christo, sed à Pato, cuiusque successoribus emanavit.*

Non defuerunt hæretici, qui hanc Ecclesiæ potestatem denegaverint. Constat ex Concilio Constantini cap. 8. anno 321. & cap. 15. anno 325. Alii esti hanc potestatem Ecclesiæ concedunt, illam tamen concedunt diminutam, si quidem sola communicatione externa, & politica admittunt priuare fideles posse, non autem alios bonis spiritualibus, sicut ex illis referunt Gregor. de Valencia t. 4. *disp. 7. 9. 17. pun. 1.* Fundamentum hæretorum negantum absolute hanc potestatem, esse potest; quia ex illo loco (scriptura) colligitur haec potestas. Nam eto *Math. 16. & 18.* promitteret Christus Petro, cuiusque successoribus clavis regni calorum, illisque promissis dixerit. Quoscumque ligantes super terram, erunt ligandi in celo, & quoscumque solutae super terram erunt soluti in celo; id sane non videtur intelligendum de potestate scripturali censura, ab illisque abfoliendis de potestate ligandi, & solundi à peccatis in Sacramento penitentie. Quippe peccata tantum sunt, quibus regnum celorum clauduntur, ergo sola potestas abfoliendii à peccatis, vel abfoliendum destinata sub nomine clavium regni celorum intelligenda est. Fundamentum vero, quo moueri possunt hæretici hanc potestatem diminutam concedendo illud est, quia Ecclesia non est dominus bonorum spiritualium, quibus per censuram fideles afflentur priuari. Neque ea priuatio est conueniens coram salutem, cum sit priuatio bonorum, quæ in salutem fidelium à Christo restata sunt, non videretur rationi conformum, ut quis in se ipso panem exequatur, at per censuras compellitur quis abstineat à communicatione fidelium, ab viu Sacramento, illisque spiritualibus bonis. Non riguit est potestas Ecclesiæ concepta has penas ferendi.

2. *Ceterum veritas catholica est Christum Dominum hanc sua Ecclesiæ reliquissimam potestatem, ut tradunt omnes catholici, & deinceps supra dicto Concilio Constantini cap. 8. anno 321. & cap. 15. anno 325. & constat ex vnu, & totius Ecclesiæ præcepti, que ministrum illis verbis Christi *Math. 16. & 18.* vbi generaliter concedunt Petro, cuiusque successoribus potestas ligandi, & solundi, non tantum in interiori foro, & patimenti; fed etiam in foro externo, ut indicant illa verba: Quod si Ecclesia non austinet, si tibi sicum ethnicus, & publicanus; quasi dicere qui Ecclesia conuinxerit, inobedientemque fuerit tanquam ethnicus, & publicanus traduci potest. At ethnicus, & publicanus priuatus est omnibus Ecclesiæ suffragius, aliisque spiritualibus bonis, ergo eisdem conuincere Ecclesiæ priuati potest, quorum priuatio cunctum claudit, sicut coram concepcione aperitur, media in qua imperatio, & satisfactione. Secundo probari potest haec veritas ex illo 1. Corin. b. 5. vbi Paulus quendam incestuoso. Statuante tradidit in interitum carnis, ut spiritus saluus fieret. Nam ut telum communiter ibi Patres, Chrysostom. Theophila, Theodor. & alii quis referunt, & sequuntur Ustianum. Cornelius in ilium locum Paulus cum simili traditione corporis incestuosi, scilicet facta incestuoso excommunicauit, quinimo effusus ex communicationis era illa tradito. Item ex illo Actuum. 8. vbi Petrus Simonem Magum excommunicauit illis verbis: Non est tibi pars, neque fons in sermone isto, ut confiteris quæ adducit Lorfus in *supra dictum locum*. Tertio probatur ex vnu Ecclesiæ à tempore Apostolorum, semper namque his annis Ecclesia vna est aduersus peccatores, & hæreticos, ut constat ex variis decretis Conciliorum, maximè ex Trident. Ratio autem est manifesta. Negari non potest, Christum Dominum reliquissimam Ecclesiæ dispensationem, administratio remque Sacramentorum, sacrificij, suffragiorumque communium, & bonorum spiritualium. Ergo credendum est, Pontifici qui fatus Ecclesiæ princeps est, & supremus gubernator reliquam sit à Christo Domino potestatem priuandi fideles inobedientes.*

Ferd. de Gastro Sua. Mor. Pars V. L.

res & rebelles his bonis, sicuti in qualibet republica bene instituta supremus Princeps potestarem habet priuandi subditos inobedientes bonis communibus reipublicæ. Neque his obstat quod illa bona relicta sint Ecclesiæ in salutem fidelium, quoniam his priuati non possunt, sicuti priuatum ciues bonis reipublicæ in eorum utilitatem concessis, qui non priuantur absoluere, sed ob culpam ipsorum fidelium, & in eorum correctionem, id est hæc priuatio non est censenda nociva, sed salutaris. Et esto aliqui nocentes, quia redditus obtinat, id est per accidens, alii tamen prodebet, & per hæc solvantur primum, & secundum fundamentum hæreticorum. Ad confirmationem respondeo, non est alienum à ratione, ut quis aliquam peccatum sui delicti in se exequatur, ut notauit Lefthus cap. 3. numer. 3. Coninch. *disp. 13. dub. 3. in fine*: quod a fortiori procedit, non peccata eius conditionis sit, ut non possit commode altera executioni mandari; ut in censuris contingit, que obligant ipsum censura ligatum abstinere ab aliquibus actibus, qui alias eane permitti.

3. Quod si roges, quando Christus Dominus hanc potestatem ferendi censuras Petro, aliique Apostoli's communicauerit, sicuti in illo loco *Math. 16. & 18.* soli videantur illius promitionem fecisse: Respondeo post eum resurrectionem, cum dixit *Ioann. 20.* Sicut misericordia me vivens Pater es. Petro autem singulariter concepit *Ioann. 21.* dicens. Pace ques meas. Etenim ad officium boni pastoris pertinet, posse oves mobilias communibus Ecclesiæ pacuisse priuare, & à lanis separare ne has suo coniuictu inficiant, ut notauit Coninch. *disp. 13. dub. 3. num. 19.*

4. Ad extreum aduerte Christum Dominum hanc potestatem ferendi censuras sua Ecclesiæ reliquissimam; ideoque hanc potestatem ex iure diuino esse. At modus imponendi censuras, illarumque institutio, & differencia non à Christo, sed à Petro, cuiusque successoribus ortum habuit. Neque vilus alius prater Pontificem eas variare, aut mutare poterit; sunt enim ritus generalis ordinati ad gubernationem, & regimen totius Ecclesiæ, ergo illi tantum, cui data est potestas super omnia Ecclesiæ concessa est potestas hos ritus instituendi; & non alteri.

P V N C T V M IV.

Penes quem sit potestas ferendi censuras.

1. *Alia est potestas ordinaria, alia delegata, & qua habet finem.*
2. *Qui possunt ex potestate ordinaria ferre censuras reseruntur.*
3. *Qui ex potestate delegata.*
4. *Plures consentit sicut in iure divino incapacem esse huius potestatis.*
5. *Verius est oppositum.*
6. *Soluntur argumenta.*

1. *L*oqui possumus tam de potestate ordinaria, quam delegata. Potestas ordinaria ea est, quæ alicui officio, vel dignitate Ecclesiastice, prout sunt ab Ecclesiæ institutione anneditur in perpetuum. Delegata vero, quæ persona anneditur ex voluntate delegantis, sicut ex communis sententia tradit Bart. in leg. ambitu, numer. 34. ff. de cœlesti ab orâris facienti. Bald. cap. fin. de officio ordinarii. Et ibi *Ioann. And. numer. 3. Abbas numer. 3. Anton. numer. 4. Felit. cap. fin. de officio deleg. Numer. 3. cap. 27. numer. 45. Couarriu. lib. 3. var. cap. 20. num. 6.*

2. *Igitur ex officio, & munere, atque adeo ex potestate ordinaria ferre censuras potest summus Pontifex, ut omnes Catholicos docent. Secundo Episcopus, & Archiepiscopus in sua diœcesi quoad fibi subditos, ut habeant cap. 1. & alii de officio ordinarii. Et in Trident. *cap. 6. de reformat. cap. 3. & 14. cap. 4.* Archiepiscopus auctum comparatione subditorum fidei suffraganei ferre censuras nequit, nisi dum suffraganei diecnum visitat, vel causa subditorum suffraganei ad ipsum per appellationem devolutum, ut habeant in cap. venerabilibus de sententia excommunicatis in 6. Et ex omnium sententiis tradit in presenti Coninch. *disp. 13. dub. 4. in fine.* Tertiò Cardinales in propriis Ecclesiæ iuxta texum in cap. huius de maior. obediunt. & ibi Doctores communiter. Quartò Legati à latere in prouincia sua legationis, cap. legatus de officio legati in 6. Quinto Vicarius Episcopi, seu prouisor generalis, quia constituit cum Episcopis idem tribunal, cap. 2. de conuentu. in 6. Et cap. Romana de appellationib. in 6. Idemque est de Vicario capituli fidei vacante iuxta Trident. *cap. 24. de format. cap. 16.* & à fortiori ipsum capitulum hac potestate gaudet, cap. unic. de maior. in 6. Sexto Concilia generalia per omnem Ecclesiæ, & Provincias in sua Provincia. Septimo Abbates, Priores, & Praepositi Ecclesiæ collegiarum, quique jurisdictionem in foro externo habent, Archidiaconi vero & Archipresbiteri in*

A 2